



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

2214. König Erich bestätigt in Gegenwart des Markgrafen Otto dem
Kloster St. Michael in Reval das Parochialrecht an St. Olia, am 5. Juni 1297.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56621](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56621)

teras lucide demonstravit; quicumque ergo deinceps dominum abbatem memoratum aut suum monasterium prefati ratione delicti presumpserit impugnare vel indebite gravare, indignationem prememorati domini nostri Romanorum regis et nostram nec non totius terre Saxonie principum et dominorum offensam se noverit incursum. In cujus rei testimonium presentes litteras munimine sigillorum, nostri videlicet ac ejusdem pacis terre Saxonie generalis, fecimus roborari. Acta sunt hec presentibus dominis ac illustribus Henrico et Alberto, fratribus, de Brunswich, Ottone duce de Luneburg, Alberto duce Saxonie juniore, principibus, Henrico de Blankenburg, Henrico de Honsteyn et Alberto de Wernigerode, comitibus atque aliis fide dignis. Datum anno Domini M^o CC^o XCVI^o, XIV^o kal. Julii.

Aus dem Urkundenbuch des hist. Vereins für Niedersachsen II, 361.

2214. König Eric bestätigt in Gegenwart des Markgrafen Otto dem Kloster St. Michael in Reval das Parochialrecht an St. Olai, am 5. Juni 1297.

Ericus, dei gracia danorum sclavorumque Rex, Dux Estonie, Omnibus prefens scriptum cernentibus salutem in domino sempiternam. Notum facimus univ-
 fis tam presentibus qu(am futuris), quod nos gratiam fecimus liberaliter religiosi domi-
 nabus dilectis nobis in Christo Abatisse et conventui ordinis Cisterciensium in Revalia
 in dilecto patre nostro Erico, dei gracia (quondam) danorum sclavorumque rege, et
 duce estonie, libenti animo cupientes eisdem et factum ipsius patris nostri ratum et sta-
 bile habere volentes, ipsum tenore presencium confirmamus, predic(te abatisse) et con-
 ventui deliberato consilio in sublevacionem inopie ipsarum ecclesiam beati Olavi in
 Revalia cum toto jure parrochiali, quantum in nobis est et de jure possumus, di(mit-
 tentes), sicut dilectus pater noster eandem ecclesiam ipsis dimiserat canonice possiden-
 dam, sicut patentibus suis litteris super hoc confectis plenius continetur. In cujus rei
 testimonium (sigillum) nostrum presentibus duximus apponendum. Datum Nyburgh,
 Anno domini M^o CC^o LXXXVII^o quarta feria pentecostes presentibus dominis
 Othone, Marchione Brandenburg(ense), dilecto avunculo nostro, Woldemaro
 duce Jucie, Wizlao, principe ruyanorum, Petro dapifero et aliis confi-
 lariis nostris.

Aus dem Estländischen Ritterchaftsarchive.